

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Oratio u
cum fonte primo

Sit
oratio pura, simplex, dilucida atque
manifesta, plena grauitatis et ponderis,
non affectata elegancia sed non
intermissa gracia.

Ambrosius de officiis.

Tractatus quoque de doctrina fidei, de
magisterio continentiae, de disceptatione
iustitiae, adhortatione diligentiae, non
unus semper; sed ut se dederit lectio,
nobis et adripiendus est et prout
possumus prosequendus: neque nimium
prolixus neque cito interruptus neque uel
fastidium derelinquat uel desidiam
prodat atque incuriam;
oratio pura, simplex, dilucida atque
manifesta, plena grauitatis et ponderis,
non adfectata elegancia sed non
intermissa gratia.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1,
22 (CCSL 15, M. Testard ed., p.38,
ll.31-38).